



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-348260-p0001-6

DFG



25  
1778,5  
ORDINIS IVRECONSULTORVM KILONIENSIVM

19

PRODECANVS

# ADOLPHVS FRIDERICVS TRENDELENBVRG. D.

VIRI PRAENOBILISSIMI

ELEGANTERQUE DOCTI

FRIDERICI CHRISTOPHORI IENSEN

KILONIENSIS

ILLVSTRISSIMI PRAEATORVM ET EQVITVM SLESVICENSIVM ET  
HOLSATICORVM ORDINIS PERPETVAE DEFVTATIONIS A LIT-  
TERIS ET CAVSSARVM IN IUDICIIS INFERIORIBVS  
DVCATVS HOLSATICI ORATORIS

3.102.  
SOLLEMNIA IN AVGVRALIA

INDICIT

PAVCA PRAEFATVS

DE IVRE RETRACTVS GENTILITHI IN PRAEDIIS  
NOBILIBVS SLESVICENSIBVS ET HOL-  
SATICIS NON OBTINENTE.

---

---

KILONII

E.X. OFFICINA BARTSCHII.





**Q**uamvis de nobilissimo iuris germanici loco, qui de iure retractus praecepit, longe sentiam honorificentius, quam ut fe-  
stinante calamo quid, quod satis dignum eodem sit, posse  
a me conscribi arbitrari, tamen, quum legissem IENSENII, *Viri*  
*praenobilissimi et eleganter docti, libellum academicum, ad censuram*  
*mihi ab ipso oblatum, iamque aliquid scribendum a me esset, quod*  
*prolusionis instar isti libello iungeretur, temperare mihi non potui,*  
*quo minus in celebratissimum hunc iuris nostri locum incidere.*  
*Omnino enim, quum ad scribendum accedens temporis angustia*  
*adeo premeret, ut paucorum dierum spatio circumscriptus, his singu-*  
*lis, qui aliis maximam partem laboribus destinati erant, aliquot tantum*  
*horularum otium quasi suffurandum esset, aliquantulum dubius haesit,*  
*vtrum symbolam qualemcumque meam ad hanc doctrinam confer-*  
*rem, quam sciebam doctissimorum virorum studio & opera esse ex-*  
*cultam & perpolitam. Sed quum, scribendi necessitate muneris ra-*  
*tione mihi imposita, cogitarem, non multis opus esse, neque in hu-*  
*ius generis scriptiunculis multum eruditio exspectari, certe ex-*  
*spectari iure merito non debere, veniam me impetraturum spe-*  
*raui, si, quae in promptu essent de iuris retractus gentilitii in his ter-*  
*nris natura & ratione, raptim in chartam conicerem, licet scirem,*  
*ea nondum esse omnibus numeris absoluta, nec curis posterioribus*  
*satis subacta, maxime quum ea ad finia non tantum essent illi quaesi-*  
*tioni, quam tractauit praenobilissimus Candidatus in libello, cui*  
*haec praefanda sunt, sed adeo proxime ad illam pertinere videren-*  
*tur, ut parrem quasi eiusdem configuerent, ideoque isti libello*  
*quasi supplementa iungi possent. Neque vero integrum quaestio-*  
*nem de retractus gentilitii natura secundum mores legesque horum*  
*ducatuum hac qualicunque comprehendere commentatiuncula posse*  
*animum nobis esse, quilibet facile intelliget harum rerum non plane*  
*imperitus lector. Quin potius, praemissa notitia legum constitutio-*  
*numque patriarcharum, quae de hac iuris parte praecipiunt, pauca tan-*  
*tum de quaestione, quae anceps omnino & ambigua multis, nec*

immerito, videbitur, differere lubet: Vtrum in terris Slesuicensibus & Holsatricis locus sit huic iuri in alienatione praediorum nobilium?

Primum autem, quamvis duumuiri celeberrimi mihique amicissimi IOANNES CAROLVS HENRICVS DREYERVS <sup>a)</sup> & CAROLVS FRIDERICVS WINCKLERVS <sup>b)</sup>, quorum fuit alter, alter adhucdum est Academiae nostrae ornamentum, non paucos legum patriarcharum codices enumerauerint, quibus de retractu ex iure consanguinitatis praecipitur, tamen, quum nec id egerint, ut omnia recenserent legum patriarcharum hac de re monumenta, & variae post accesserint constitutiones singulares, quibus hoc ius potissimum regitur, non alienum esse putauit ab instituti ratione, omnia, quae huc spectant, iura scripta, certe quae ad meam notitiam peruererunt, breui tantum indice hic exhibere.

Quod ad *Ducatum Slesuensem* igitur attinet, respiciendum erit tam ad iurium codices antiquiores, quam ad constitutiones recentiores, quibus ius retractus regitur. Inter illos primo loco nominandus est codex ille Woldemarianus, sub nomine *iuris Iutici* (*des Iutischen Lowbuchs*) celebratissimus, venerandum iuris gentium borealium yetustioris monumentum, quod *ius* huius Ducatus *generale* constituit <sup>c)</sup>. Praecipit autem iste codex singulari titulo <sup>d)</sup> de retractu.

Iurium

<sup>a)</sup> in quantius pretii de *usu genuino iuris Anglo-Saxonici* in explicando *iure Cimbrico & Saxonico* libro singulari Kilon. 1747. edito pag. 15. & 110. & in dissert. de restricta facultate alienandi bona hereditaria ad hereditaria mobilia non pertinente *iure Germanico, Holstirico & Lubencio* Kilon. 1750. pag. 32.

<sup>b)</sup> quo Praefide defensa est dissert. inaug. HENRICI ADOLPHI KROHN de retractu gentilitio iuris germanici universalis prouocantem in fundata intentione omnino constitente. Kil. 1758. §. 17. 23. 24. Vbi Holstiam commemorat CAROL. FRID. WALCH, V. ill. de iurisprudentia germanica insigniter meritus, in elegantissimo libello, quem inscriptus: das Nueberrechtf Systematisch

entworfen. Jen. 1775. ed. 2. in historia huius ioris c. 2. §. 25. pag. 52. verumque *Ducatum Slesuensem* & *Holsticum* non satis distinxit, quippe Holstiae tribuens ius iuticum.

<sup>c)</sup> Vid. CHRISTIANI V. Reg. Verordnung, wie es mit administration der Iutiz in dem Herzogthum Schleswig behüftig gehalten werden solle d.d. Copenb. d. 15 Nov. 1684. §. 8. in collectione Hafnieniæ constitutionum huius Regis, quæ prodiit inscripta: Kong Christian den Femtes Forordninger og aabne Breve Hafn. 1751. pag. 159. Excerptis hunc §. IOA. GVIL. GADENDAM in historia iuris Cimbrici Sect. I. §. 32. not. 54. pag. 48. Sed & dudum antea in conventione Bordeholmensi inter Regem

Iurium particularium, quibus abundat Slesuicum, terra legum secundissima, duas constituumus partes, alteram *iurium prouincialium*, alteram *iurium municipalium*, seu singularum ciuitatum statutorum.

Iurium prouincialium nullum est, in quo non occurrat iuris retractus gentilitii mentio facta. Quamuis enim iura terrarum *Eiderostadii*, *Everschopiae* & *Vtholmiae* vertutiora e) de eo fileant, tamen codicum recentiorum saeculi XVI. prior integro titulo f), & posterior pluribus adeo titulis g), de hoc iure exponit. Ius *Nordstrandiorum* quoque, *ANTONII HEIMREICHII* curis restitutum, varia de hoc iure capita continent h), & Ius *Stapelholmense*, quod consti-

A 3

CHRISTIANVM I. & DUCEM FRIDERICVM I. de a. 1522. Codex Woide-marianus tanquam ius generale Ducatus Slesuicenus agnitus est. Vid. LÜNING Collect. noua von der mittelbaren Ritterschaft in Teutschland Tom. II. p. 1029. & excerptum inde desumtum in der Samlung der hauptpflichtlichen Schleswig-Holsteinschen gemeinschaftlichen Verordnungen p. 13.

d) est illae Libri I. Titulus XXXIIII. e) exhibuit Ius Frisorum terrae Eiderstads, Everschop & Vtholm de a. 1428. IO. CAR. HENR. DREYER V. S. V. in der Samlung vermischter Abhandlungen III Theil. p. 1555. sqq. Biennio antiquius id ius auctore HEIMREICHIO dicit GADENPAM I. c. §. 35. p. 59. & §. 45. p. 67.

f) intelligo scilicet codicem huius iuris rarissimum a. 1572. d. IO. Iul. ab ADOLPHO Duce publicatum, & Hamburgi apud Nicol. Wegener proxime insequenti anno typis impressum, de quo dixi in diff. de intercessione feminorum secundum iura Slesuicensia & Holstica §. 20. not. r. pag. 41. Illius autem codicis artic. LXIV. inscriptus est: Van Beyspröcke des hopen unde van vorkoff tem Erffgude.

g) Publicatus scilicet codex iste repetitiae preelectionis in tres partes distinctus a IOANNE ADOLPHO Duce a. 1591. d. 14. Ianuar. eodemque anno typis excusus a Nicolao Wegenero prodit Slesuicis, isque Parte III. habet art. XXXIV. sub rubro: *Wer Land oder ein Haus verkaufen will, soll solchs seinen neglest Freunden anbieten, wosfern es Erbgut sey, und daß er darin keine Betrießlichkeit gebrauche.* item art. XXXV. inscriptum: *Von Beysprüche der verkaufften Erbgüter & art. XXXVI. Auf was Weise und Masse die Beysprüche geschehen soll.*

h) Praeter art. 55. Partis II. *Vom Land kauffen und vertauschende, vbi: Wer da will Land kauffen, der soll laut ruffen, wer da will Land sellen, der soll laut bellen, quod posterius HEIMREICHIVS ita explicat: und ist das bellen laue darbey bieten, (DIE FREUNDE anbieten) und aufbieten, in primis huc spectant art. 57. wie man einen schlechten Kanuff moeg bey sprechen & art. 58. wenn das Land wird beygesprochen item art. 59. von Besitzung des Landes, durch Beysprüche eingelöset & art. 60. von dem ersten und letzten Kauffe. Constitutio-nis quoque IOANNIS ADOLPHI Du-*

constitutione FRIDERICI III. Ducis continetur, late de eodem praecepit <sup>i)</sup>. His iungo iura antiqua *Frisorum tam orientalium* <sup>l)</sup>, quam borealium <sup>m)</sup> & ius quatuor *Hardarum Frisicarum praefecturae Tun-drensis* <sup>n)</sup>.

Insu-

cis de a. 1597. d. 1. Mart. quae retrahenti imponit iuramentum calumniae, HEIMREICHIVS mentionem fecit.

i) in constitutione, quae a. 1623. d. 27 Januarii publicata eodemque anno Slesuici ex officina Ioannis Hoferi prodidit titulo: *Constitutio und Ordnung Unserer v. G. G. Friederichs Erben zu Norwegen &c.* darnach sich die Unterthaben und Einwohner in *Unserm Lande Stapelholm halten und richten sollen*, Tit. III, *Vom Neberkauff oder Beyspruch verkauffter Erbgüter.*

l) ex iuri Frisici orientalis codice MScptio locum hoc spectantem excerptum dedit WINCKLERVS in diff. art. quam laudauimus supra sub lit. b. §. 24. pag. 31. sq.

m) in codice iuri Frisici borealis, de a. 1558. quem ex apographo editit DREYERVS in der Samlung vermischter Abhandl. I. Theil p. 487. sqq. praeter art. 37. pag. 504. qui bona hereditaria vetat alienari, hoc spectant art. 44. *Woll einen schlachten Kop möge spracken.* 46. wenn Lande werde hygespracken. 47. *Van Besitzinge des Landes, doch Rysproecke ingeloeſet.* 48. van den ersten vnd latesten Koep. pag 507. & 508. Eundem codicem, quamvis in nonnullis paullo discrepantem, post DREYERVM publici iuriis fecit IOAN. FRIDER. CAMERER in den vermischten historisch-politischen Nachrichten in Briefen von einigen merkwürdigen Gegenden der Herzogthuemer Schleswig und Holl-

stein. Flensb. und Leipz. 1758. pag. 369. sqq. vbi p. 375. & 377. sq. idem articuli, quorum hic mentionem fecimus, his exacte conuenientes leguntur.

n) huius codicem de a. 1559. d. 26. NOV. a IOANNE Seniore Duce confirmatum dedit itidem DREYERVS l. c. II. Theil p. 1109 sqq. ibi in fine art. 9. p. 1116. haec leguntur: *woll dar will Land koepen de Schall idt erſtlich ibo dingē lathen lagbeeden.* Eundem codicem dedit quoque CAMERER l. c. p. 350 sqq. sub nomine: das alte Nordfresische Landrecht vbi in art. 8. p. 353. eadem leguntur. Discrepancia numerorum horum articulorum ex eo est, quod art. 2. & 3. apud DREYER, in unum contracti apud CAMER. constituent art. 2. similiiter quoque art. 15 & 16. apud DREYER. contracti sunt apud CAMER. sub nr. 14. Denique art. 24. apud CAMERER. qui excipit illum, quem DREYER. sub nr. 25. exhibet, apud DREYERVM plane omisus est, quod nescio, an operarum virtus factum sit, quia numerus quoque articuli 26. sub quo hic articulus colloquendus fuisset, plane deficit, ita ut articulum 25. statim excipiat 27. Ex quo factum est, vt codex iste apud DREYERVM articulos 29. apud CAMER. vero tantum 27 contineat, neque tamen in posteriori quid deficit. Subiunxit quoque CAMERERVS p. 362. sq. placita VII. Hardarum de a. 1426. notatu sane dignissima propter

Insulam *Femariae*, quam Ducatus Slesuicensis prouinciam est,  
se, alii adfirmant <sup>o)</sup>, alii negant <sup>p)</sup>, silentio praeterire debemus,  
quum eius iura prouincialia <sup>q)</sup> nihil plane de iure retractus contineant.

Inter Statuta singularum ciuitatum huius Ducatus, quae minus  
congrue municipalium iurium appellatione venire solent, primo lo-  
co omnino nominari debebant Statuta vrbis *Slesuici*, quae inte-  
gro Ducati *Iutiae Australis* nomen dedit, sed antiquissimum illud le-  
gum monumentum retractus gentilitii vestigia nulla exhibet, quam-  
vis ciues aedificia extra vrbem sita vendentes obstringat, ea offerre  
domino fundi, cui superstructa sunt, huicque ius προτιμήσεως con-  
cedat <sup>r)</sup>. In Statutis vero *Flenopolitanis* expresse distinguuntur  
immobilia adquisita & hereditaria, inque horum venditione vendi-  
tori imponitur obligatio ea offerendi in iudicio iis, qui potiori iure  
emendi gaudent <sup>s)</sup>, quamvis in his etiam occurrat mentio illius iu-  
ris, quod domino fundi in superficiem datur in Statutis Slesuicensi-  
bus <sup>t)</sup>. Vti in aliis, ita quoque in his, huic iuri consonat Statutum

## Appen-

originem eorum, quam narrat DE  
WESTPHALEN praefat. ad Tom. III.  
mon. ined. pag. 88. in not. q. in  
quibus p. 304, leguntur eadem, quae  
supra sub lit. b. e iure Nordstrandico  
excerpsimus: De dar will Land kopen,  
de schall lude ropen, de dar will Land  
fellen, de schall lude bellen.

o) cum HVTFELDO in vita WAL-  
DEMARI III. ad a. 1364. & aliis, quos  
nominat LACKMANN loco mox no-  
minando.

p) cum LACKMANNO in dem Bei-  
weis, daß die Insel Femarn von jeher  
ein ganz besondres Land gewesen ad cal-  
cem Partis s. seiner Einleitung zur Schles-  
wig-Holsteinschen Historie p. 32. sqq.

q) Debemus huius iuris, tam anti-  
quioris de a. 1326, quam recentioris  
de a. 1558. publicationem diligenteriae  
DREYERI, qui ea Tom. II. der Sam-  
lung vermischter Abhandlungen pag. 1017.  
sqq. & p. 1031. sqq. adiecit.

r) Vid. cap. 80. Statuti Slesvic. Wan  
en Boerger Baten-Gudere vorköpen will.  
vbi haec: Welck Börger, offte Inwaner  
de een egen Hues befft up dem Lande, offte  
vrömler tegene , de vorköpe dat keinem  
andern, he entbede dat ersten tho kope dem  
Heren van Lande, will he ydt nich kö-  
pen, he vorköpe dat, dar be meiste Geldt  
hebbem mach, will he dat ock köpen, so  
neme he gude Warders-Lüde dartho, de  
ydt setten.

s) Vid. Statutum der Stadt Flensburg  
de a. 1284. edit. Flenop. 1765. cap. 102.  
pag. 31. Dedit quoque haec Statuta  
immortalis DE WESTPHALEN in Tom.  
IV. monum. ined. p. 1897. sqq. vbi hic  
locus constituit c. 105. p. 1933. ibique  
verba: Averft Erv-gub schall men up  
dem dingc lagbeden denjenigen, de de ne-  
gesten syn ro dem Kope, in latina versio-  
ne ita exhibentur: hereditatem vero ex-  
hibere debet propinquoribus.

t) Vid. Statut. illud c. 41. pag. 13.

*Appenradense* <sup>a)</sup>). Codex iurium Eckernfordeñsum, qui circumfertur, M̄SCprus, quem suppositum esse docet DE WESTPHALEN <sup>v)</sup>, itidem de iure retractus gentilitii praecepit <sup>x)</sup>. Sed maiori iure hic mentio facienda est Statuti Husumensis <sup>y)</sup> & quod multa cura & diligentia confectum est, Fridericoſtadiensis <sup>z)</sup>, in quo utroque iura retractus gentilitii reguntur. In Statutis vero Haderslebienſibus <sup>aa)</sup>, Toenningensibus <sup>bb)</sup> & Gardingenſibus <sup>cc)</sup> nihil de hoc

quod apud WESTPHALEN l. c. p. 1914. est cap. 46. neque tamen ibi vir diligenter, quod alias fecit, hanc consonantiam statutorum Slesuicensium annorauit.

<sup>a)</sup> exhibuit illud vna cum Flenopolitano, adiectis iis, in quibus ab hoc discrepar, WESTPHALEN l. c. Sed seorsim illud edidit DREYER III Theil der Samlung der vermischten Abhandlungen pag. 1371 sqq. ibique p. 1395. lqq. cap. 45. & p. 1426. c. 104. cum illis conueniunt, quae ex Statuto Flenopolitano nominamus in binis notis proxime antecedentibus. Conferri hic quoque meretur Skra Appenradensis de a. 1335. quam ex autographo edidit DREYERVS l. c. p. 1437. lqq. eiusque c. 26. in fine. p. 1446.

<sup>v)</sup> in praefat. ad Tom. III. Monum. ined. pag. 87. not. q. in fine. Locum illum excerptus GADENDAM in histor. iur. cimbr. Sect. I. § 55 not. 131. pag. 75. Sed incertus sum, an idem iste sit codex, cuius mentionem fecit IOANN. MOLLERVS in Ifagoge ad historiam Chersneſi Cimbricae P. III. cap. 4. §. 3. pag. 354.

<sup>x)</sup> caput 27. huius statuti inscriptum est: *Von der Beſprüche.*

<sup>y)</sup> Vide Gerichtsordnung und Stadtrechte welches v. G. G. Wir IOANN ADOLFF Erbe zu Nørwegen &c. unfer

Stadt Husum aufs new gnedig gegeben. gedruckt zu Schleswig durch Nicolaum Wengener 1608. publicatum eod. anno d. 22 Mart. cuius Part. III. Tit. XXXI. inscriptus est: *de iure retractus. von Beſprüche des Kaufs und von verkaufften Erbgütern.*

<sup>z)</sup> Vid. Policy- Gerichts- Ordeininghe ende Stadts-recht het welche van Godes genaden wy FREDERICK, Erve tot Nørwegen &c. onse Stadt Fredericks-Stadt na rije overweging van saechen in genaden gegeven ende geconfermeert hebben, gedruckt int Jaer 1635. confirmatum a. 1633. cuius Part. II. Sect. I. Tit. VIII. inscriptus est: *de iure retractus proximitatis; van de Naefinge ofte by-sprack des Koops.*

<sup>aa)</sup> quae leguntur apud DE WESTPHALEN Tom. IV. mon. ined. pag. 1977. lqq.

<sup>bb)</sup> Fecit huius iuris IOAN. MOLLERVS in Ifagoge ad histor. Chersneſi Cimbr. P. III. c. 4. §. 3. in fine p. 354. mentionem adseritque, ciuitatem hoc ius a PHILIPPO Duce Holſatiae a. 1589. impeſtasse, idque auctum esse a Fratre eius IOANNE ADOLPHO a. 1590. huncque illud iuri Eideroltadienſi prouinciali Slesuigae 1591. edito subiungi iuſſisse. Sed ex diplomate confirmationis, quod huic statuto praeſixum est a IOANNE ADOLPHO de

hoc juris capite definitum inueni. Denique quum iure Lubecensi donatas esse constet ciuitates *Tunderam dd.* & *Burgum ee*), de iis eadem valebunt, quae mox de ciuitatibus Holsaticis eodem iure videntibus dicenda sunt.

Sed statuta quoque ruralia praefecturae *Flensburgensis*, quae e codice chartaceo de a. 1560. edidit *DE WESTPHALEN ff*), statim ab initio de alienandis rebus immobilibus disponunt, necessitatemque trinæ oblationis iudicialis venditori sub poena nullitatis imponunt, vt qui putet, se ius potius habere, possit iure suo vti.

Constitutiones recentiores, ad ius retractus in Ducatu Slesuicensi perrinentes, in primis sunt *CHRISTIANI VI Regis de iure bonorum auctoritorum gg*), cuius declaratio authentica post auctoritatem Potentissimi Regis *CHRISTIANI VII subsecuta est bb*), qui idem gloriosissi-

B mus

a. 1590. d. 12. Octobr. apparet, huius Principis Patrem *ADOLPHVM* ciuitatem *Toenningam* variis ornatis priuilegiis, turibus & immunitatibus, eumque pariter ac filios eius *FRIDERICVM* & *PHILIPPVM* confilium cepisse de augendis his priuilegiis & de adoranda constitutione singulare & ordinatiōne politiae, eamque opera *CASPARIS HOYERI*, tum Praefecti prouinciae (*Staller*) Eiderostadiensis, mox ante obitum *PHILIPPI* Ducis concessam, a *JOANNE ADOLPHO* vero de num confirmatione & publicatam esse. Nequē hoc statutum subiunctum est iuri prouinciali Eiderostadiensi a. 1591. edito, quippe cuius tria exempla huius rei cauilla diligenter perultrani, sed scorsim est editum, quamvis eius exemplum typis impresum nondum ad manus meas peruererit, quod sp̄ro breui eventurum esse. Vtior tamen exemplo M<sup>sc</sup>ptō, Quod continet Titulos 28.

*cc*) Est hoc Statutum Gardingense sumillimum Toenningensi, inque di-

plomate confirmationis eidem praefixo eodem die dato, eadem de illo referuntur, que de Toenningsi commemorauimus. Constat illud Titulus 29.

*dd*) Vide diploma concessionis apud *DE WESTPHAL*. Tom. IV. mon. ined. p. 3222. sqq. item p. 3244.

*ee*) Vid. l. c. p. 3230. & p. 3245.

*ff*) Tom. III. Mon. ined. pag. 1960. cap. I.

*gg*) *K. CHRISTIAN VI. Verordnung, welche Güter für Erbgüter zu achten und ob und in wie weit von selbigen ohne Einwilligung der Seitenverwandten durch Testamente und Verfügungen auf den Todesfall disponirt werden können, für die Aemter, Landschaften und Städte des Herzogthums Schleswig d. d. Hirschholm d. 15. Jul. 1746. Vid. Kong Christian den Sierdes allernadigste Forordninger og anbane Breve for Aar 1746. pag. 131. sqq.* In §. 3. huius constitutionis mentio facta est iurius retractus.

*bb*) Vide hanc declarationem, quae tamen non ad ius retractus, sed ad

mus Princeps ante quinquennium singularem constitutionem de iure retractus in Ducatu Slesuicensi arctioribus limitibus circumscribendo <sup>ii)</sup> eo potissimum consilio publicauit, vt dissonantiam variorum illorum, quae enumerauimus, iurium tolleret, iisque derogaret, ne nimium extenderetur retractus;

In Holsatiae Ducatu quidem tanta legum copia non adest. Codicem legum scriptarum generalium enim praeter Speculum Saxonum <sup>ii)</sup> non habemus, in eo autem retractum gentilitium fundatum esse nemo ignorat <sup>mm)</sup>. Constitutiones autem singulares generales & ad vniuersam Holsatię pertinentes de hoc iure non existant. Neque vero quod illam partem attinet, quae ante felicem totius Holsatiae sub imperio Augustissimi Danorum Regis coniunctionem, Magno Russorum Principi paruit, nulla mihi innotuit lex aut constitutio, quae de iure retractus gentilium disponeret. Qua reliquam partem Holsatiae, quae semper Potentissimo Regi nostro subiecta fuit, praeter rescriptum CHRISTIANI VI Regis, quo iuri retractus in fundis sub hasta venditis denegatur locus <sup>nn)</sup>, generalem quandam legem constitutionem de hoc iure pariter non inuenio.

*Ditmaris* autem non tantum iure suo prouinciali singulari gauder, sed est quoque in eodem de retractu dispositum <sup>oo)</sup>. Neque

§. 5. illius constitutionis spectat d. d. Copenb. d. 19 Ian. 1767. in Kong Christian den Syuendes Forord. for Aar 1767.

p. 172. sqq.

ii) Verordnung wegen Einschränkung des Begriffs-Rechtes in den Städten, Aemtern und Landschaften des Herzogthums Schleswig d. d. 7 April 1773. Vid. Kong Christian den Syvendes Forord. for Aar 1773 pag. 171. sqq.

II) hic prouocasse sufficiat ad conventionem Bordesholmensem de a. 1522. cuius supra sub lit. c. mentionem fecimus, quippe quae Speculum Saxonum tanquam legem communem Holsatiae expresse commemorat. Vberius de eius in hoc Ducatu vi &

auctoritate exposuit praestantissimus Candidatus in cap. I. dissert. inaug. cui haec prolosum accedit.

mm) Vid. Lib. I. art. 52. add. DREYERI diss. de restricta facultate alienandi bona hereditaria ad mobilia hereditaria non pertinente § 7. p. 22. sqq.

nn) Emanavit hoc rescriptum d. 30 Mart. 1746. & insertum est Tom. I. Corpor. Confir. Regio-Holstic. p. III. sq.

oo) Pertinent huc ex iure *Ditmaris* antiquo de a. 1447. art. 147—151. apud DE WESTPH. Tom. III. mon. ined. p. 1745. vbi his conuenientes articulos 100. 101. & 102. ex iure *Ditmaris*, quod sub nomine *Landboek* a. 1539. WIEBE PETERS edidit, ad marginem

que omittenda est constitutio recentior CHRISTIANI VI Regis  
qua Ditmariam australem pp).

In Dynastia Pinnebergensi quum vsu destituta non sit ordinatio politica Schauenburgensis qq), haec quoque commemoranda videtur, cuius integrum caput est de iure retractus rr).

Ciuitates Holstiae omnes vero quum iure Lubecensi vtantur, ad huius quoque de retractu gentilitio dispositiones respiciendum erit, in primis vetustiorum codicum ss). Obiter hic obseruamus, in ciuitate Itzehoe ex speciali senatus & ciuium placito regia auctoritate firmato respectu agrorum ad urbem pertinentium ciuibus committere ius retractus aduersus peregrinum emtorem rr).

Ciuitas Altona autem, quamvis iure Lubecensi non vtatur, retractum gentilitium tamen non ignorat uu).

B 2

Deni-

annotatione; ex iure recentiori de a.  
1567. art. 66. 67. 68. in Corp. Statutor.  
provinc. Holst. p. 68. sqq.

pp) Verordnung wegen Abstellung einiger in dem Justizwesen der Landeshälfte Süder-Ditmarschen bemerkten Mängel und Misbraueche d. 30. Iul. 1745. in Tom. II. Corp. Confir. Regio Holst. p. 728. sqq. Omnia est haec constitutio in collectione Hafniensi constitutionum illius anni. De iure retractus gentilitii disponit § 5 huius constitutionis.

qq) Vid. DE CRONHEIM in dem historischen Bericht von den alten und neuen Rechten und Gerichten in Holstein, besonders von den dafelbst eingeführten Gesetzbüchern in fronte Corporis statutor. provinc. Holstriae pag. 292 not. 318.

rr) quod est cap. XXVII.

ss) Non enim reuolum ius Lubecense, sed verutum illud in ciuitatis Holstiae receptum esse docuit DREYER de formula receptionis iuris Lubecensis eiusque indole forensi in ceteris Holstiae Kilon. 1751. §. 4. seqq. Disponunt autem vetera illa

iura Lubecensia de retractu gentilitio, vti videre licet Tom. III. mon. ined. WESTPH. p. 622. exr. & p. 642. c. 25. item Codic Dantiscan. apud DREYER. T. I. der Samlung vermischt. Abhandl. p. 446. & in Codice Oldenburgeni quem edidit GVL. ERNEST. CHRISTIAN V. ill. in der Geschiichte der Herzogthümer Schleswig und Holstein II Theil. pag. 525.

tt) Vid. den Bürgerstabszettel vom 4 Dec. 1632 daß ohne vorgaengige Aufschickung keine Stade-Ländereyen an Fremde zu verkaufen sijne König CHRISTIAN IV. Bestätigung dafelben vom 20 April 1633 in Tom. iii. Corp. Conf. Regio-Holst. pag. 606. sqq.

uu) Vid. Constitution betreffend die Stadt Altona über die Succession der Eheleute und andere passus sub d. Glückstadt d. 14 Maii 1691. quae inserta est der Schauenburgischen Hofgerichts-Ordnung, prout edita illa est adiectis & in Partem V. collectis constitutionibus regis Gluckst. a. 1700. P. 5. Tit. 3. §. 7. pag. 133. & in Corp. statu. provinc. Hol-

Denique & in iure rurali seu pagano, quo per Holsatiam vtimur, quod sub nomine der *Neumünsterschen Kirchspielsgebräuche* vv) celebratur, hoc ius obtium est.

Praemislo hoc breuissimo recensu legum de iure retractus gentilium in vtroque ducatu praeципientium, earum certe, quae mihi innotuerunt, neque enim adserere ausim, ex tanta singularum constitutionum vbiique dispersarum, neque in vnum corpus collectarum multitudine nullam a me, nouo in hoc studii genere homine, praetermissam esse, progredior iam ad quaestione propositam, de qua pauca tantum praelibare licet, quum plane eandem exhauire, nec temporis angustia, nec instituti ratio ferat. Ominino autem, in tanta legum retractum gentilium in his terris stabilientium frequentia, deficiente prorsus lege, quae nobiles ab huius iuris exercitio expresse arceat, hoc poterat adserendum iis potius videri, quam denegandum. Primum autem quae in priuilegiis xx) non tam data atque concessa demum, quam potius tanquam ab antiquissimis temporibus competens adserita, stabilita & firmata est, non tantum plena bona immobilia vendendi facultas, sed in vendendis praediis plenissima libertas, hanc limitationem & restrictionem eo minus ferre videtur, quo san-

etior

*sit. p. 113. Constitutio illa, quam Königl. Dänische Ordnung wegen des Retracls Altona 1732. nominat CAR. FRID. WALCH vom Naeberrecht in praemissa historia huius iuris cap. 2. § 25. not. 25. pag. 55. ad manus meas non pervenit, neque illa inserita est collectio- ni Hafniensi constitutionum Regia- rum illius anni.*

vv) Vid. art. 35. eorum apud BREYER in der Saml. vermischt. Abb. II Tb. p. 1083 adde art. 13. & 15. ibid. pag. 1072. sq. Haec iura consuetudinaria non ad praefecturam, a qua nomen habent, restricta esse, sed earum vim per omnem Holsatiam extendi docuit idem Vir summus in differt. de restricta facult. alienandi bona heredit. ad mobilia heredit. non pert. §. 9. not. a pag. 43.

xx) Vid. CHRISTIANI III. Regis confirmationem priuilegiorum vtriusque Ducatus Slesuicensis & Holsati- ci d. d. Kilon. Dominica Trinitatis a. 1533. apud TARGOW in Adpendice ad tract. de regalibus p. 19. item apud LVI- NIG. in Collect. noua von der mittelb. Rittersch. in Teutschl. T. II. p. 886. & in der Samlung der gemeinfchaf. Schlesw. Holst. Verord. p. 17. vt & Friderici II. Regis confirmat. priuileg. d. d. Flensburg d. 15. Octobr. 1564. art. XVII. apud TARGOW l. c. p. 68. Apud LV- NIG l. c. p. 897. sq. legitur tantum generalis confirmatio, quae est apud TARGOW p. 62. sqq. articuli priuile- giorum XVIII. autem apud hunc p. 65. sqq. subiuncti illi comissi sunt.

ctior est promissio Principum de priuilegiis hisce nullo modo inter pretatione restringendis & cohibendis <sup>xx)</sup>.

Deinde vero quod ad Holsatiam attinet, quamvis, ut supra monuimus, Speculum Saxonum in hoc Ducatu constituar ius generale, tamen in primis & maxime morum antiquorum habenda est ratio, nec villa est Speculi Saxonici his derogandi, aut eos infringendi vis & efficacia <sup>xx)</sup>, ideoque per illud antiqua illa moribus non tantum recepta, sed & priuilegiis firmata libertas in alienatione praediorum ex Holsatia proscribi non potuit. Quodsi vero quis jobiliat, esse haec priuilegia omnibus omnino horum Ducatum incolis concessa, ideoque ea non magis retractum gentilitium inter nobiles posse, quam inter ciues & rusticos impidire, duplex responsio in promtu est. Primum enim quod recte de vniuersis his priuilegiis in complexione suntis, & quatenus unum veluti corpus constituant, adseritur, esse ea omnibus horum Ducatum incolis concessa, id ad singula horum priuilegiorum capita proferri non potest, quin potius in singulis capitibus inspiciendum est & ex substrata materia diiudicandum, ad quem ordinem spectent. Quare quum his priuilegiorum locis de praediorum libera alienatione sermo sit, quippe quae sub denominatione *der Gueter* absolute & simpliciter posita secundum genium linguae intelliguntur, dubitandum non est, priuilegium hoc pertinere ad ipsa praedia eorumque possessores. Pariter quoque limitatio illa, quae ex ipsorum nobilium consensu & voluntate respectu seminarum facta est in ordinatione iudicij provincialis Slesuicensis & Holsatici repetitae praelectionis <sup>aaa)</sup>, qua prohibentur de bonis auitis immobilibus inter viuos aut mortis

B 3

causa

<sup>xx)</sup> Vid. CHRISTIANI III. Regis & JOHANNIS & ADOLPHI Ducum confirmationem priuilegiorum de a. 1544. apud IARGOW l. c. pag. 24. & LÜNING l. c. p. 891. PHILIPPI Ducis confirmationem priuilegiorum de a. 1590. apud IARGOW l. c. pag. 140. & apud LÜNING l. c. pag. 907. & CHRISTIANI IV. Regis de a. 1593. apud

LÜNING l. c. p. 914. quam omisit IARGOW.

<sup>xx)</sup> id quod non tantum ex conventione Bordesholmens de a. 1552. cuius supra sub lit. c & ll mentio facta est, verum quoque manifestissime ex ordinatione iudicij provincialis Sles. Holst. secundum repetitam a. 1636. praelectionem Part. II. Tit. 3. §. 3.  
<sup>aaa)</sup> Part. IV. Tit. 5. §. 14.

causa disponere, ad feminas nobilium tantum pertinere ex iis apparet, quae huius legis causa inter Principes & ordines prouinciales acta sunt *bbb*). Dein vero si dari posset, ad omnium bonorum alienationem haec priuilegiorum loca pertinere, tamen quae in statutis prouincialibus, municipalibus & ruralibus, respectu ciuium & rusticorum aliter disposita sunt, ea quidem in his restrictionem constituere possunt, sed ratione nobilium, quippe ad quos plane non pertinent, nihil efficiunt. Quid? quod si ipsa haec iura statutaria eorumque naturam consideras, magis firmatur, quam destruitur nostra assertio. Quidquid enim haec statutaria iura domestica continent, id omne ex pristinis & auitis moribus desumptum est, eorumque confirmationem, tanquam beneficium, petierunt ipsi incolae, qui iis obstringuntur. Ideoque ex his ipsis constat, antiquitus more receptum fuisse ius retractus inter ciues & rusticos. Iam vero quum plenissima venditionum libertas in priuilegiis itidem antiquissimis moribus tribuatur, satis appetet, hanc libertatem non de omnibus omnino, sed de possessoribus praediorum nobilium tantum esse intelligendam. Firmantur haec omnia ex iis, quae acta sunt in comitiis prouincialibus Flenopolitanis a 1690ad grauamen *7*, quamus de hac re vterius exponere hoc loco non liceat.

Porro, si animus ad Slesuicensem Ducatum aduertimus, neque hic nobilium praediorum possessoribus obstat videtur ius Luticum. Hoc enim, vbi de iure retractus praecipit, non vniuersaliter loquitur de omnibus incolis, sed de rusticis tantum. De his enim intelligendam esse vocem *bonde*, quae in codice iuris lutici Wolde-mariano hoc loco occurrit *ccc*), & cui significatu plane similis est vox *Adelbonde* *ddd*), dubitari non finit constans eius usus in legibus

&amp;

*bbb*) Dedit ea DREYERVS in diss. de restricta facult. alien. bona hered. § 8. n. b. pag. 39. sq. vbi simul genuinum sensum huius legis docte eruit.

*ccc*) Verba textus danicie editione, qua vtor, Hafnieni, de a. 1642, haec sunt: *Bonde maa sellie sin egen lord, buem som hand vil, om hand Lawbod detri Ting, til hans næste Frender, de der*

*bannem skulle arffue. quae BLASIVS ECKENBERGER ita vertit: De Bonde mach syn egen Landt vorkeopen, weme be will, so he idt III Dingedage, sinen negesten Frunden (de en eruen schoelen) Lambut.*

*ddd*) Minime enim *Adelbonde* significare nobilem praedii possessorem, sed plane eiusdem esse cum voce *Bon-*

& diplomatis obuius, in quibus bondones illi, & nobilibus *eee*), & cjuibus *fff*) opponuntur. Quod quum adeo manifestum sit, vt in dubium vocari nequeat, non satis mirari possum, assessores iudicij prouincialis in caussa retractus *Caii Burchardi Comitis de Ablefeldi contra Iohannem Clausen Professorem Kilonensem*, quum pro retractu pronunciarent *ggg*), omnem huius sententiae rationem in eo posuisse *bbb*), quod nobiles Slesuicenses quoque secundum Ius Iuticum iudicari debeant, id quod, quamuis in genere quidem negari non possit, neque tamen eo vsque extendendum est, vt quae Ius Iuticum rusticorum tantum constituit iura, ea ad nobiles proferantur. Qui fontes iuris Iutici nouit, non mirabitur, nos haec, quae diximus de Iuris Iutici interpretatione, illustrare & firmare ex consonantia iuris Danici *iii*).

Superest, vt paucis tangamus, quae alii de hac re scripsierunt. *Lynckerum III*) autem hac in re nominare, non multum proderit, quippe qui

*de significationis docuit GRAMM de vocabulo Herremand T. II. Scriptor. Hafniensis. p. 269, ad quem provocat SCHEIDT in den historischen und diplomatischen Nachrichten von dem hohen und niedern Adel in Teutschland pag. 10. not. l.*  
*Vid. quoque Anonymi Abhandlung von dem Zustand der adelichen Hintersassen in den Herzogthümern Schleswig und Holstein §. 22. iuncto §. 19 apud DREYER. in der Sammlung vermischt. Abhandl. I. Theil. p. 403. & 395. sq. Ipse vero DREYER VS l. c. Parte III. p. 1216. in not. nominavit auctorem KNOE LAUCH.*

*eee) Vid. Placita statutis rural. praefecturae Flensburg. subiuncta apud WESTPH. Tom. IV. mon. ined. pag. 1967. n. 4. Ordinat. iud. prouinc. reuisa P. I. Tit. III. §. 3. & ipsa priuilegia a FREDERICOL Rege confirmata a FRIDERICO I 1524, ad quae ibi respicitur, apud LUNIG l. c. p. 869, quae omisit IAR-*

*GOW, quamuis ea commemorauerit l. c. p. 13.*

*fff) Vide diplomata Flensburgensis apud WESTPH. l. c. p. 1950. & p. 1952. n. IV. in vtroque loco bono renfis opponitur ciui.*

*ggg) Legi potest haec sententia in den merkwürdigsten Urtheilen und Bescheiden der vormaligen Schleswig-Holsteinischen nachher alleinigen Holsteinischen Landgerichte, quae prodierunt Glückst. 1774. nr. 330. pag. 358.*

*bbb) hoc tuto adserere possum, quum viri amicissimi, quem nominare datum mihi non est, benivolentia copia mihi facta sit inspiciendi legendique rationes huius sententiae.*

*iii) Vid. Recessum Coldingensem CHRISTIANI III. de a. 1558. art. 49. & Ius Danicum CHRISTIANI V. Reg. Lib. V. cap. III. a. I. 2. 3. 4. vbi curate distinguuntur iura rusticorum, nobilium & ciuium in vendendis praediis.*

*III) Tom. I. Resp. XI. quod datum*

qui extraneus ICtus erroris in iure nostro iam notatus est *nnn*), & in medio relinquit quaestionein, quam proponit, vtrum refractus gentilitius inter nobiles Slesucentes obtineat? Maiori vero iure nominandus mihi est IOACH. BLUTINGIVS *nnn*), vnicus fere ICtus patrius, qui hoc iuris patrii caput scriptis illustravit *ooo*). Ad locum autem

est ad consultationem equitis Slesuensis L.B. de Kielmannsegge quem pseudonymice Keverdonck ibi dicit.

*nnn*) Scilicet DREYERVS in diff. de restricta facultate alienandi bona hereditaria ad mobilia hereditaria non pertinente pag. 31. obseruat LYCKERVUM in eo errare, quod in Ducatu Slesuensi iuri Saxonico auctoritatem tribuat, inque eundem errorem, quod grauius est, patrium ICtum MAVRITIVM quoque incidisse, aliosque induxisse.

*ooo*) qui in obseruat. iur. cimbr. VII. apud WESTPHALEN Tom. III. mon. ined. p. 2197. haec ad rem nostram pertinentia habet: Ferner ist zu merken, daß dieser Lowbott oder gerichtliche Zubierung in diesem Fürstenthum Schleswig nur unter Bauern und Bürgern Statt habe, wie solches auch in Königs CHRISTIANI III. Recensu art. 49. verſehen, daß ein jeder von Adel mag seine Güter versetzen und verkaufen mit Siegel und mit Briefen und mir, Edelleute Zeugniß, wiewohl es nicht lachgeboren, und so hält es auch der Gebrauch im Fürstenthum Schleswig, unter denen vom Adel, so allein am Landgericht, und nicht an den Stadt- und Bauerdingen pflichtbar sind. — — Was — die von Adel in diesem Fürstenthum Schleswig betrifft, folgen die den Gebrauch und Gewohnheit der von Adel im Fürstenthum Holstein und thun den Beyspruch und Anberietung das Kaufgeldes binnen Jahr und Tag, und haben allein die Männer, und

nicht die adelichen Frauenspersonen den Abtrieb, an den adelichen Ritterſitzen, davon Roßdienſt gelobt, sind auch an der Lowierung und Schöote nicht verbunden, immo ab 1617. oder 1619. auf dem Landgericht zu Schleswig erkannt, als Claus von B. Erbgesessen zu Bülcke wegen seiner Frauen, seel. Heinr. Rantzauen Tochter, denn auch seel. Frauen, i. v. R. von dem Gute Knopff, so dieser von der Rerrabentin (ita legendum ex Mſcpto, loco: Retrahentia) Vaters Bruder Paul Rantzauen hatte erkauft, wollen wieder abtreiben. Verba: denn auch seel. Frauen, videntur scribarum vitia inferta. In Mſcpto meo est: dann auch seiner Fr. — so dieser ihr Mann von der &c. Sed ne sic quidem sensus planus est.

*ooo*) praeter ea, que loco, quem diximus, habet, in Glossa sua ad Ius Iuric. I. 34. & paucis quoque in Commentario de emtione rerum immobil. cap. 7 apud WESTPH. Tom. III. mon. ined. p. 2164 de retractu gentilitio secundum Ius Iuricum exposuit. Prodiit quoque Anonymi Samlung einiger iuristischer Abhandlungen bestehend in Erläuterung einiger Artikel des Iürischen Lowbuchs Slesuici 1772. quae containet tres commentacunculas, quarum altera est: vom Närberkauf oder Beyspruch, daß solcher in der niedersteigenden Linie nicht Statt habe. Exstat quoque disert: inaug. REIM. ALB. RYNTD Wilström-Hollati de bonis hereditariis eorumque iure, quam Praefide PAVLO FRAN-

autem illum, quem in margine adscripsimus, breuissime tantum notamus, nos non videre, quomodo, negata ad analogiam Recessus Coldingensis necessitate oblationis iudicialis in vendendis praediis nobilibus, ea tamen retractui gentiliorio obnoxia esse adserere potuerit, sententiamque, ad quam prouocat, quae est a. 1613 d. 10 Sept. publicata *ppp*), firmare quidem, quod ait, feminis denegatum esse hoc ius, minime vero, quod itidem adserit, masculis illud concessum esse, probare.

Simili tamen ratione sexum in hac quaestione distinxit collector sententiarum iudicii provincialis *qqq*), ad eamque distinctionem firmandam duas profert sententias, in quibus feminis denegatur retractus, & vnam, de qua supra diximus, in qua masculo id ius tribuitur. Sed quae huic posteriori vis insit, ex rationibus, quibus ea infinitur, facile dijudicari potest. Quodsi vero rerum iudicatarum auctoritate pugnandum est, meliori forte iure prouocari poterat ad sententiam Slesuici a. 1613. d. 23. Sept. publicatam *rrr*), quam ex

C proto.

CISCO ROMANO Lips. 1671. habuit, vbi in Sept. 2. §. 9. pag. 14. paucis mentione facit iuris retractus in Holstia. Nominat quoque anonymi tract. MScptum von dem Beyspruehsrechte in Schleswig DREVERYS in diss. de contributione consanguineorum occisoris auf solendum Wergildum, vulgo Stud. Kil. 1753. pag. 26. quem nunquam vidi.  
*ppp*) Legi potest illa tententia in collectione, cuius mentionem fecimus sub lit. *ggg*, nr. 329. p. 358.

*qqq*) paginam diximus in not. Praeced.

*rrr*) est huius tenoris: I. S. Hinr. v. Buchwald zum Stühagen Kl. an einem Mette Pogwischen, seel. Clausten, Jezzo dessen Sobus, seel. Benedicten, zu Oevelgoenne in alis benannten Wirten Bekl. andern Theils in puncto reuocationis angezogenen Guts Oevelgoenne tanquam feudi ex iure agnationis erkennen Wir Christian &c. und Iohann Adolf &c.

aller schriftlichen vorgebrachten Notdurft nach biemit für Recht: daß Beklagte vòn der gegen sie angestellten Klage wegen des Guts Oevelgoenne allerdings zu absolviren und loszufrechen, den Klaeger in die desfalls verursachte Gerichtskosten, nach gerichtlicher moderation, den Beklagten zu bezahlen, faellig ertheilende. V. R. W. Inseruit hanc quoque sententiam VOGTIVS tract. MScpt. de feudis Slesuico-Holsticis §. 14. Idem quoque in §. 20 liberi & agnatis omnne ius denegat venditiones feudorum in his terris impugnandi. Quodsi verum est in feudis, multo magis erit in allodiis. Quae de natura feudorum in his ducatis in comitis provincialibus acta sunt exhibet quoque §. 22. Sed & rypis impressa haec legi possunt in adiunctis zu der kürzen Nachricht von dem adelichen Lebngush Borkamp, quae prodiit. Kil. 1726. pag. 82. sqq.

protocollo autographo in margine adscriptimus. Scimus quoque a. 1755. & sequenti quaestionem, vtrum ius retractus in praedius nobilibus Slesuicensibus obtineat, in foro esse disceptatam, sententia autem iudicij provincialis Slesuicensis, reum absolutum esse <sup>ss.</sup>

Sed hic subsistendum erit in spicilegio, quod festinante calamo, festinatibusque & vrgentibus operis dedimus ad libellum

Viri prae nobilissimi eleganterque docti

## FRIDERICI CHRISTOPHORI IENSEN

cuius sollemnia inauguralia iam indicenda sunt. De vitae autem studiorumque ratione hunc in modum exponit:

*Natus sum Chiloni a. d. XVII. Iulii anni huic saeculi LIII. Patre IO-  
ANNE FRIDERICO IENSEN, CELSISSIMI MAGNI  
RVSSORVM PRINCIPIS a consilis in rebus publicis, & COR-  
PORIS PRAELATORVM AC NOBILIVM SLESVICENSIVM  
ET HOLSATICORVM Syndico, Matreque AVGUSTA GERTRU-  
DA, FRIDERICI GENTZKENIT, philosophiae quondam in hac Academia  
Professoris Ordinarii, filia. Primae educationis & institutionis domesticae  
curam optimi parentes ipsi suscepserunt, post annum me duodecimum agentem  
Hamburgum miserunt, insituendumque & formandum tradiderunt IOAN-  
NI IACOBO VOLCKMANNO, Viro Doctissimo, Ioanne Hamburgensis  
Subcorrectori celebrissimo, cuius in me merita grata piaque mente per omnem  
vitam colere, quam verbis efferre, malo. Sed & usus sum voce & institu-  
tione non poenitenda IOANNIS MARTINI MÜLLERI, tum Correctoris,  
nunc Rectoris celeberrimi, & IOANNIS SAMVELIS MÜLLERI, tum  
Rectoris, post fata etiam grato animo colendi. Quinquennio Hamburgi exa-  
eto, a. LXXI. banc Musarum sedem adii, & quamvis iam anno proxime  
precedente, Prorectore WILHELMO ERNESTO CHRISTIANI, Viro  
III., ciuium Academiacae also inscriptus, tum demum doctoribus usus sum Vi-*

10

*ss.) Quum enim a sententia in  
causa Perri Karstens contra Frider. Nijs-  
sen & Petrum Hanßen in iudicio nobili  
Toespruppen d. 28 Iul. 1755. publicata  
huius tenoris: daß Klaeger mit dem in-  
tendirten Befspruch an die von seinem Va-  
ter consensu & approbatione der Gutsbe-  
schaft in a. 1741. verkauftre adeliche Laen-*

dereyen quaestions nicht zu hoeren, son-  
dern die Beklagte ab imperitione voellig zu  
embinden, die Kosten aber bewandten Um-  
staenden nach zu compensiren. V. R. W.  
actor provocasset ad iudicium pro-  
vincialle Slesuicense, hoc sententiam  
illam confirmavit. d. 28 April. 1756.

ro Illustri, quem dixi, in arte dialectica, historia catholica, & elegantiss linguae latinae; ANDREA WEBERO, Viro Excell., in metaphysica, philosophia practica uniuersali, & mathesi pura, nec non in disceptationibus philosophicis; CHRISTIANO CAIO LAVENTIO HIRSCHFELD, Viro Ill., in humaniorum litterarum praeceptionibus; IOANNE FRIDERICO ACKERMANNO, Viro Perill., in philosophiae naturalis doctrina; IOANNE DIETERICO MELLMANNO, Viro Excell. Magnifico iam Academiae Prorectore, in institutionibus iuris ciuilis, pandectarum, iure Germanico, historia iuris, imperii Romani Germanici, ciuitatum Europearum, & factorum ecclesiae christianaee, nec non in prudentiae ciuilis elementis; CAROLO FRIDERICO WINCKLERO, Viro Ill. in historia litteraria iuridica, ut & iure criminali; GEORGIO BROEKEL, Viro Excell. in doctrina pandectarum; denique IOANNEM HENRICVM FRICKE, qui iam inter coelites est, ducem habui in disceptandi exercitis. Eodem quoque praefide defendi eius obseruationes ex tententis Facultatis Iuridicae Kiloniensis. ANDREAS WEBERVIR Excell. & Ampliss. quoque me in libello philosophico, de criterio veritatis, ad disceptandum proposito defensorem adhibere non dignatus est. Elapsò autem triennio Gottingam petii, inque ciuium ACADEMIAE GEORGIAE AVGUSTAE numerum a Magnifico tum Prorectore IOANNE STEPHANO PÜTTERO Viro Perill. receptus, audiui ipsum historiam imperii Romani Germanici enarrantem, processuque imperii explicantem; CHRISTIANVM WILHELMVM FRANCISCVM WALCH Virum S. V. historigam ecclesiasticam docentem; GEORGIVM LUDOVICVM BOEHMERVM Virum Perill. in iure canonico & feudal; CHRISTIANVM FRIDERICVM GEORGIVM MEISTERVM Virum Ill. in iure pandectarum & criminali; GVSTAVVM BERNHARDVM BECMANNVM Virum Ill. in doctrina de appellationibus; IOANNEM HENRICVM CHRISTIANVM DE SELCHOW Virum Generos. & Ill. in iure publico Romano Germanico; denique IVSTVM CLAPROTH Virum Excell. ducem habui in exercitis practicis; & OTTONEM DAVIDEM HENRICVM BECMANNVM V. Ill. in iure criminali Romano, quod digestis continetur. Interfui quoque lectionibus medicinae forensis HENRICI AVGUSTI WRISBERG Viri Excell.; nec non scholis mathematicis ABRAHAMI GOTTHELFI KAESTNERI Viri Ill. adiisque CHRISTOPHORVM MEINERS Virum Excell. in historia philosophica. Quibus per tria semestria absolutis, sex menses Wetzlariae commoratus sum, ubi duce D. FRIDERICO IACOBO DIETERICO DE BOSTELL Viro Consultissimo,

sultissimo, iudicij Camerae Imperialis Aduocato, tam in cognoscendo imperii processu, quam in applicando iure me versatum esse nunquam me poenitebit. In patriam redux ab AVGVSTISSIMO REGIMINE REGIO TYCHOPOLITANO ad examen admissus, Et ex clementia POTENTISSIMI REGIS DANIE CHRISTIANI VII. in numerum aducatorum iudiciorum Ducatus Holstaci inferiorum receptus sum. Denique ut ad summos in iure honores aditum mibi pararem, Inclitum buius Academiac Iureconsultorum Ordinem obseruantissime adi pettiique, ut Et ad examet, Et postea, si ita videretur, ad ipsos honores me admitteret. Quos quidem, que est Virorum Consulifissorum singularis in me benevolentia, mibi decretos antequam capesserem, contigit mibi, ut SPLENDISSIMI CORPORIS PRAELATORVM ET NOBILIVM SLESVICENSIVM ET HOLSTATICORVM DEPVTATIO PERPETVA me eligeret, quem haberer a litteris.

Admissus Praenobilissimus Candidatus ad examen, quod vocant rigorosum, haud vulgarem eruditio[n]em Ordini meo probavit, hicque dignissimum eum censuit, qui admittetur ad summos, quos petebat, in arte nostra honores. Qui quin ipsi a me conferendi sint ex decreto ordinis mei a. d. XV. Aprilis, postquam, habita lectione cursoria ad L. XI. D. de liberis Et postumis haeredibus insituendis vel exhaeredandis, dissertationem inaugurealem proprio Marte conscriptam de libera bona auita alienandi facultate in Holstia per speculum Saxonicum non restringita aduersus contra disputationum impugnationes defendenter, huic panegyri vt frequentes adint eamque praeferentia sua condecorent ILLVSTRISSIMI MAECENATES, MAGNIFICI ACADEMIAE PRORECTOR & PROCANCELLARIUS SENATVS ACADEMICI PATRES, QVIQVE LITTERIS FAVENT ET ACADEMIAE BENE CVPINT, SINGVLI SVIS HONORVM TITVLIS CONSPICVI, vna cum ILLVSTRISSIMORVM GENEROSISSIMORVM AC PRAENOBISSIMORVM COMMILITONVM lectissima corona, ordinis mei interpres decentissime rogo. P. P. Kilonii Dominica Iudica. A. O. R. clo lccc lxxviii.

(L. S.)

Kiel, Diss.; 1777-1800



5b.





ORDINIS IVRECONSULTORVM KILONIENSIVM  
PRODECANVS

# ADOLPHVS FRIDERICVS TRENDELENBURG. D.

VIRI PRAENOBILISSIMI  
ELEGANTERQUE DOCTI

FRIDERICI CHRISTOPHORI IENSEN

KILONIENSIS

TILLVSTRISSIMI PRAELATORVM ET EQVITVM SLESVICENSIVM ET  
HOLSATICORVM ORDINIS PERPETVAE DEPVTACTIONIS A LIT-  
TERIS ET CAVSSARVM IN IUDICIIS INFERIORIBVS  
DVCATVS HOLSATICI ORATORIS

SOLLEMNIA IN AVGVRALIA  
INDICIT

PAVCA PRAEFATVS

DE IVRE RETRACTVS GENTILITHI IN PRAEDIIS  
NOBILIBVS SLESVICENSIBVS ET HOL-  
SATICIS NON OBTINENTE.

KILONII

EX OFFICINA EARTSCHII.

KÖNFIRED  
UNIVERS.  
ZVHALIE